

70.

Q. F. F. S.
DISSERTATIO INAUGURALIS

De
**LENITATE JUDICI
IN POENIS IRROGAN-
DIS OBSERVANDA.**

Quam
Adstite DEO

Magnifici⁹; JCtorum Ordinis in in-
cluta Salana indultu ac decreto prævio

sub moderamine

V I R I

Nobilissimi Amplissimi Consultissimi ac Excellentissimi

Dn. GEORG-ADAMI STRUVII

JCTi Famigeratissimi, ac Consiliarii Saxonici, P. P.
celeberrimi, Facultatis Juridicæ ac Dicasterii ibidem Assessoris &c.

Patroni ac Promotoris sui optimi Maximi

PRO LICENTIA

Summos in Utroq; Jure honores ac privilegia
Doctoralia rite capessendi.

Publico eruditorum examini submittit

FRIDERICUS KÜHN Hallis-Saxo

Advoc. Ordin. Magdeburg.

In Auditorio JCtorum.

ad diem 24. m. August.

A. O. R. c. 15 Ioc LIV.

Horis ante- & post meridianis

Excudebant FREYSCHMIDIANÆ LITERÆ.



REVERENDISSIMO.
VIRTUTE. ILLUSTRISSIMO. AC. PIETATE. CLEMENTISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DOMINO. NOSTRO.

RE. VERA. AC. UNDIQUAQUE.

AUGUSTO.

POSTVLA TO. ADMINISTRA-
TORI. PRIMATUS. ET. ARCHIEPISCOPATUS.
MAGDEBURGENSIS. DUCI. SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ.
ET. MONTIUM. THURINGIÆ. LANDGRAVIO. MISNIÆ. AC.
UTRIUSQUE. LUSATIÆ. MARCHIONI. MARCÆ. ET.
RAVENSBURGI. COMITI. RAVENSTEINII.
DYNASTÆ.

OMNIA. RETRO. PRINCIPUM. PIETATEM. AC. IN-
STUDIA. LIBERALIA. INEXPLEBILEM. MUNI-
FICIENTIAM. LONGE SUPERGRESSO.

PATRIÆ. PATRI.


HEROI. INDULGENTISSIMO.

QUOD. INSIGNI. AC. INEXHAUSTA. LIBERALITATE.
HUMI. REPENTIA. STUDIA. MEA. EREXERIT.
PIO. FELICI. PACIFICO.
MONUMENTUM. HOC.

IN AUGUSTO. THEMIDOS. SACRARIO.
PERENNITATI, NOMINIS. EJUS. PERPETUO,
^{DEVOTUS}.

FRIDERICUS. Rügyn. JUN.

P. P.



AD JUVA BONE JESU!

De lenitate Judici in irrogandis pœnis observanda DISSERTATIO.

I.

Si ea mortalitatis nostræ fuisset conditio unquam ac integritas, ut omnes casus quos aut nostra aut posteriora viderint sentientque secula potuisset scire antè, legum nostrarū in delictis infallibilem certitudinem, certasque definitiones agnoscere jus nostrum quilibet judicaret de facili: At ut præscientia illa omniumque rerum notitia, peculiare cœlestis prævidentia est, humanæ vero imbecillitati nullo modo possibile, omnes articulos singillatim aut legibus aut SCtis comprehendere, certam in criminalibus doctrinam optare facilius quam sperare possumus. Nam posteaquam exui illa æqualitas cœpit, qua Vetustissimi mortalium nulla ad huc mala libidine sine probro scele-re, eoque sine pœna & coercitionibus agebant, neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterent, & ubi nihil contra morem agerent, nihil permetum vetabantur; eò processit humani ingenii nequitia & impostorum ars veteratoria, ut nunc omnibus eorum technis designandis non amplius pœnæ sufficiant; Hæ enim licet legibus constitutæ ac jam duduim

l. 2. C. de U. l. E. pr.

*l. non possunt 12. ff. de L. L.
Dn. Carpz. de jur. Fœm.
singul. d. 10. th. 1. n. 22.*

*Tac. III. Annal. c. XXVI.
Joan Otto Thabor rac.
crim. ad t. D. & C. de crime.
stell.*

A 2

à ma-

Tac. III. Annal. c. LXIX
Idem. XIV. Ann. c. XLVIII.
d. l. 2. C. §. 18. de V.I.E.

Nov. XLIX. pr.

L. 2. C. §. 18. C. de V.I. E
Nov. LXXXIX. pr.

Nov. LXXIV.

Nov. LXXXVIII.

d.l.2. §. 18. C. de V.I.E.

Hugo Grot. de Jur. B. & I.
c. 20. n. 9.

Tac. III. Ann. c. XII.
Carpz pr. crim. l. 1 t. 3.
quest. 17. n. 9.

Cedren. comp. histor.
l. quid ergo. §. pœna gra-
vior ff. de his qui not. infa.
l. in metallum ff. de pœn.
l. non omnes ff. de Re militari
l. hodie 13. D. de pœn. §. in-
summa l. de injuriis
Rittershus. in cons. Altor-
fin. cons. 32. p. 1.

à majoribus institutum ; ut si anteissent delicta, eæ se-
querentur ac ut sine judicium sævitia & temporum in-
famia supplicia decernerentur, indies tamen emersere
negotia, quæ aut legum laqueis non erant innodata, aut
sæpius ea quæ subtili observatione cauta erant, emer-
gentium causarum turbavit varietas.

II. Solæ siquidem divinæ res perfectissimæ
humani vero juris conditio semper in infinitum decur-
rit; & nihil est in eo quod perpetuo stare possit; sed
tot tantisque novitatibus Natura utitur undique, ut nec
lex ulla nec SCum prolatum in Rep. Romanorum ad
omnia sufficienter ab initio promulgatum videri, sed
multa indigere correctione, ut ad hanc naturæ varie-
tatem ejusque machinationem sufficiat, à sapientissimo
Juliano jamdudum rectissime dictum sit; adeò ut omnia
quæ constituta sunt, opus habeant gubernativa sapien-
tia, ex legibus superveniente negotiis quæ inspiciens
singula cum cura, vocet in auxilium & convertat in usum
cum dederit occasio, & ad juris scripti regulas ea quæ in
legibus posita sunt vel imitatione vel conjecturis tem-
peraret.

III. Ac cum in delictis facti potissimum inqui-
sitio & pœnæ æstimatio multum æquitatis desiderent,
ne objecta crimina, prout accidit sæpius, pro adpro-
batis habeantur; pœnarumque constitutio ex qualitate
rei delinquentis & delictorum circumstantiis depen-
deat optimo jure judicantis prudentiæ, hæc commen-
danda erit, qui ante omnia magnâ cum attentione ani-
mi atque deliberatione crimina exploret pensitataque
horum vel atrocitate vel lenitate, tam legibus quam
moribus introductas pœnas modo augeat, modo mi-
nuat, ut generaliter omne criminale judicium extraor-
dinarium hodie non absre dici possit, omniaque delicta
extra ordinem fere puniantur.

IV. Nam nec Stoicorum accedimus opinioni,
immane jampridem multis ludibrium, qua omnium de-
lictorum æqualitatem paritatemque autumant, ac ex sola
volun-

voluntate seu delinquentis affectione crimina dimetientes parvitatem atq; magnitudinem delicti non attendunt; licet enim largiamur facile, propositum mentemque delinquentis distinguere maleficia, ipsius tamē rei qualitas haud raro delicta tum minuit, tum aggravat, idemque excessus in uno magis quam in altero est metuendus: nisi fortean unius delicti easdem semper circumstantias ac qualitates quis somniaverit; eandemque noxam sequi caput, nec pari dignum pœna tam autem, quam eum qui ejus exemplo ac autoritate peccavit, non sine summa iniustitate judicaverit; Quorum alterum non sine absurditate dicendum.

V. Ipsæ siquidem divinæ leges quanquam generaliter prolatæ, tacitam tamen non tantum in se summæ necessitatis habent exceptionem; sed & maximus Legislator pœnæ à se dictatae pro circumstantiis effecit gratiam: *Lex est qui sanguinem humanum effuderit, illius sanguis quoque per hominem fundatur*; servare tamen vitam voluit qui occidisset sine odio præconcepto, qui servum suum percussit, ex quo post aliquot dies mors secuta, impunitatisque dedit spem, refugii facultatem; unde nec absolum erit Politico Magistratui pœnam mitigandi vel remittendi pro circumstantiis ex pio arbitrio considerandis facultatem tribuere, hic scilicet Dei vicem in terris gerit judicium Dei exercet, & perinde populum ut ipse Deus judicat.

VI. Non tamen ei hæc affingenda licentia est, ut vel temere ac sine causa scriptæ derogare legi possit impunè, aut superbiæ fastidio tumidus regalem sensum temnere possit; quin perspiciendum judicanti potius ne quid durius aut remissius, quam causa depositit statuatur nec severitatis aut clementiæ famam affectare, sed perpenso judicio prout res depositit statuendum, cum pœnæ persecutio solius legis autoritati sit reservata, à qua sine justa causa recedere illicitum.

VII. At quæ COMMUTANDARUM POENARUM justæ sint cause dicendæ, ut usquequa-

Cicer. in paradox.

l. 53. ff. de furt.

c. sicut extr. de homicid.

l. 10. & ibi gl. de serv. corrupt.

Carpzov. pr. crim. p. 1.
quæst. XXIV. n. 6.

H. Grot. de l. B. & P. l. 1.

c. 4. n. 7. in pr.

Gen. 9. v. 6.

Deut. 19. v. 4. 5. & 6.

Exod. 21. v. 21.

2. paralip 16. v. 6.

l. 12. C. in pr. de LL.

l. 11. ff. de pœn.

l. 1. 9. & ff. ad SCtum Turp.

expeditum non est, ita potissimas quæ ad lenitatem & mitigationem protrahere debeant, præsenti tradere libello, annuente Deo constitui. Sed ut Medici à vulnerum humorumque inspectione curandi sumunt exordia ita exinspectione DELICTI, DELINQUENTIS. QVE QVALITATE causæ investigari inveniriique poterunt. Tria autem delictum præcedere solent;

(1.) *Mentis interna propositio* (2.) *propositionis proditio*,
& (3.) *conatus sive tentatio*.

VIII. Certum a. judicium est non omnes actus vitiosos tales esse, ut ab hominibus puniri possint, cum ex actibus merè internis, jus aut obligationem nasci sit impossibile ac ob id cogitationis pœnam neminem mereri legibus nostris provisum abunde est; neque enim humanitatis est, eas cogitationes, quæ mentem non excent, sed in ea solum resident, nec ad exterritum aliquem actum pervenire, cognoscere, ne dum punire. Certè si de occultis non judicat Ecclesia cuius tamen castigationes modicæ tantum paternæq; sunt; quanto minus Judici qui flammis ferroque sententias sequitur, impositi, nondumque probati facinoris aliquem condemnare erit integrum, cum nocentem absolvere quam innocentem damnare sit satius. Hæc igitur cogitata tum demum quando in externos influunt actus non ratione suis sed ratione actuum exterorum accipiunt meriti qualitatem, atque quanto ab externo conatu remotior est actus, tanto major judici observanda est lenitas.

IX. Quare mirari satis non possum, quâ demum dementatâ asperitate Jutorum communis schola, secundum Jus Civile otiam affectum effectu non subsecuto pari pœna puniendum esse statuat, ac vel per solam voculam; cogita verit in l.5. Majest. moti, crudelitatis acquirentes famam, Juri Justinianeo facient injuriam. Nam si patefacta cogitata non sunt; mortalium judicio non est locus, sed solius cordium scrutatoris omnipotentis DEI. at si patefacta ea sunt,

&

Grot. de l. B. & P. c. 20.

n. 18.

l. cogitationis 38. ff. de pœn.

l. cogitationis dist. 1. de pœn.

Gœdd. de V. S. ad l. 225.

n. 1.

l. absentem 5. ff. de pœn.

Joan. de Lignano. cons.

20. n. 15. inter. cons. divers. crim. l. 1.

Carpzov. pr. crim. p. 1.

quest. 2. n. 51.

Clarus in pr. §. fin. quest.

92.

l. 5. C. ad l. jul. Maj.

& vel per ipsam confessionem vel casu aliquo aliorum penetrant tantum notitiam antequam ad actum aliquem pervenire, summa esset injustitia ac duritas intentata ut effecta punire. Legis siquidem allegat^x (5) severitas certis inclusa cancellis ad alia quam in summo gradu posita flagitiosa facinora ut majestatis &c. extendi se non patitur sed ea delicta quæ re id est, ex maleficio, consistunt s. ipso opere perficiuntur, nec delicta esse nec delictorum, antequam integer eis responderit eventus, nuncupanda esse nomine juris nos docuit ratio.

X. Illustrè hujus rei exemplum in fure est. Qui furti faciendi causa conclave intravit nondum fur est quamvis furandi causa intravit, vel quod furtum sine effectu id est, contrectatione fieri non potest nec furtum animo admittatur. Idem in L Aquilia occurrit. Si vulneratus servus non mortifere, negligenter autem vel imperitia Medici perierit de vulnerato actio erit non de occiso, & vulnerans non de occiso sed de vulnere tantum tenebitur. Certe si hoc in actione L. Aquiliæ multò magis in actione criminali obtinebit & quoad pœnam homini infligendam, ubi majus versatur præjudicium vulnerantis, & ubi non nisi in manifesto & claro delicto pervenire potest, quin & ampliare favorabilia, restringere verò odiosa, dupondiis notæ nos monent regulæ.

XI. Sed cum Mantica fortean dixeris nihil tam odiosum esse adeo, quod ex altera parte præse non ferat favorem, poenasque potissimum esse favorabiles, quo noxiū excidatur: præscindaturque causa prosiliendi temere ad maleficia, dum dolore quodam subsequenti saporem dulcedinis amittunt vitia, ut pœna formido & hos deterreat, quos Firtutis amor in officio continere non poterat.

XII. Et fateor sane esse huic argumento pondus fronte prima; verum si animum adyertas mole sua ruit: Illud enim in dubio attendendum quod principiter

l. 5.

l. 4. ff. de O. & A.

l. 21. §. 7. ff. de furt.

l. 3. §. 18. D. d. Acqñir vel.

A. P.

l. qui occidit 30. §. fin. ad L.
Aquil.

Gandin. in tr. de homic.

n. 24 in pr. & v. si appareat.

Bonif. de Vital. in t. de in-
sult. & perc. n. 31.

Prosp. Farin. p. 5. oper.
crim. quest. 127. n. 6.

l. 17. l. 186. l. 168. l. 183. D. d. R.

l. & pas.

Mantica de conj. ult vol.
l. 7. t. 1. qua ibi delegat.

l. operis 14. C. de pœn.

Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 20.
n. 6.

Achilles Petroccha intr. paliter ac primariō semper agitur: Sic Macedonianum
de resol. contr. & intr. de- SCtum quod temporibus Vespasiani factum creditur,
div. & indiv. Macedonis nobilis fœnectoris mores produxerunt,

Sueton. in Vespa. c. II.

H. Zoësius ad lib. XVI. ff. t.
ad SCtum Velleian.

l. I. & 2. § 1. ff. h. t. & l. 40.
eod.

atq; quia ad hos cohendos latum odiosum omnino
dicendum est. Velleianum v. s. de intercessionibus
SCtum, quod Cons. Syllano & Velleo factum (quo
Imperat. non constat, quod in Fastis hi Consules non
inveniantur, sed alter tantum, ut verisimile sit, alterum
fuisse substitutum) cum fragilitati sexus provideat,
atq; ad succurrendam infirmitatem sit latum, favorable
non immerito nuncupatur.

Dio Cass. l. LVI.

Cassiodor. l. 2. var. c.
XXXVI.

Andr. Tiraq. de pœn. leg.
temp. c. XXVIII.

Carpz. pr. crim. p. 1. quest.
XXVII. n. 35. & seq.

Excell. Dn. D. Schröter.
P. in hac Salana P. Patr.
mens obs. diff. de pœn. th. 25.
H. Zoësius ad ff. tit. de
quest. n. II.

Wesembec. in w̄ ff. ad L.
Jul. de adult. n. 5. & L.
Pomp. de parric. n. 7.

XII. Ne nunc non dicam, quod qui pœnitentia
ducti seipso offerebant anteriori ævo, cum impuni-
tate præmii accepisse quantitatem, ut de Corocotta qui
Augusto semetipsum exhibuit, & præmium suā gra-
tiā aliis propositum ipse accepit. Quin & à Theodorico
rege, Edicto publicè proposito, indicibus etiam son-
tibus & præmium & pœnæ remissio promissa est. Un-
de & hodie à pœnâ ordinariâ liberari pœnitentiâ du-
ctos communis Dd. est consensio, sententia J Cti Pauli
innisi, qui ait. Qui fallam monetam percusserunt mo-
do id totum efformare noluerunt suffragio justæ pœni-
tentiae absolvantur. Qua de re & dissidatores quan-
do pœnitentia ducti literas dissidatorias vel signa in-
flammatoria revocant, antequam damni quid ab iis
fuerit factum de hodiernâ consuetudine minus puniri
certo est certius. Nam & voluntaria, causa mutan-
dæ ac leniendæ pœnæ in sagis est, quas facit
prius strangulatas cremari, quæ alias vivæ forent cre-
mandæ. Modo tamen ea pœnitentia sponte, nec lero
nimis, nec ubi post consummationem res in pristinum
statum deduci amplius non potest, interveniat.

XIV. Eadem de Jure Saxonico imminuta non
est lenitas, juxta quod nullum delictum, nisi eventu
subsecuto capitaliter punitur: Sic in beneficio etiam
ab ipsis conjugibus attentato, cæde non secuta, ulti-
mum cessare supplicium & ad summum fustigationem
tantum

tantum cum relegatione perpetuâ infligendam esse Dd. Nicol. Reusner. dec. 21.
stat sententia: Quin in *actu non consummato*, dum ob n. 24.
poenitentiam solam, licet postmodum necessario esse. Pingi 2. in *quest. Sax.* 14.
Etus subsequutus fuerit ex *actu præcedente*, leniorem. n. 5.
tamen sententiam parricidæ matri dictasse Scabinos Li-
psenses, testis est Dn. Carpzovius: Ita scilicet vindican-
da sunt scelera, ne judicandi relaxetur audacia, nec pœ-
nitendi subtrahatur medicina.

XV. Quam ob rem nec Diomedea quâdam
necessitate ad illud, ure seca procedendum, etiam in con-
summatis delictis semper, nec perpetrata omnia facino-
ra vindicanda, sed ut in cœptis eventus attendendus, ita
in consummatis, intentio animusque agentis spectandus
venit. Facta etenim vel sunt damnoſa per ſe, vel causam
præbent damni. Quæ damnoſa per ſe ſunt facta, ut cædes,
rapina, furtum & similia; ſi & intentione mutata, nec e-
ventu vacua fuerint, ab inquietudine infana ad sanitatis
otium legum coercitione revocanda ſunt, nec leviori-
bus remediis, vitiis flagrans animus extinguendus eſt,
quam quibus libidinibus exardescit. Nam ubi certa pœ-
na à lege vel consuetudine statuta eſt, eam nec mutare
nec minuere judeſ poterit. Absurdissimum ſane eſſet, tan-
tam credere potestate in iudice inferiori, ut & ſupe-
rioris tot vigiliis, laboribusque excogitata & inventa
legem abrogare poſſit. Sic homicidas ultore ferro L.
Cornelia persequitur; ſic Pompeja de parricidiis sanctio
asperrium crimen novâ pœnâ coercet, & neq; gladio,
neq; ulli aliis ſolenni pœnæ homicidâ ſubjicit, ſed in ſutum
culeo cum gallo gallinaceo & viperâ & ſimiâ, & inter eas
ferales angustias comprehenſum, vel in vicinum mare,
vel in amne proximum, projici jubet, ut omnium ele-
mentorum uſu vivus carere incipiat; & ei cœlū supersti-
ti & terra vivo auferatur: Inhaerendum ergo huic diſpo-
ſitioni, nec mitior ſtatuenda eſt pœna, cum nulla id juris
præcipiat sanctio, niſi ipſe idem pati velit quod aliis diſ-
ſimulando confeſſit. prout ſterilis exempli prior ætas
non fuīt. Carolus I. ſuspendi judicem jufſit qui amputa-

B tione

pr. crim. p. 1. quest. 18.

c. circumcelliones 23. quest. 5.

H. Grot. de I. B. & P. c. 20

Tac. III. A. I. IV.

1. I. §. 1. ad SCtum Turpil.

L. 51. quando 35. C. de inoff. teſt.

§. 5. & 6. I. de publ. jud.

I. diſſentientis C. de rep.

I. nulli in fine C. ne ſanct. baptism.



Tiraq. in prostat. de pœn. leg. tione manus homicidam puniverat; & recte. Nam qui temper. n. 9.

Annib. Scot. l. 12. comm. in flagitorum tenetur, ac in se derivat delicta illa quæ jure Tuc. p. 482. & seq. non iustus fuit, unde infamia notatur judex qui probatum crimen omisit, aut molliorem pœnam protulit, Lycurg. adversus Leocrat. quod publico bono respondeat minus, aut delicta impunita dimittere, aut misius quam merentur, punire.

L. servus. 8. §. 2. C. de vi. XVI. Quæ vero causam damni præbent, habent causam tum ordinata ad damnum, atque in his lenitati non denegandus est locus. Qui Titium occidere voluit, Cajum dedit neci, Hic quanquam dolo agebas causaque ad damnum ordinata instructus ad occidendum Titium, at dum postea Semproniuim occidit, in sola culpa versatus, nec in dolo fuit, quæ pœnam quidem non tamen corporalem indici reo jubet prædictus Zæfius sibi ipsi contrarius in simili idem statuit. Sic qui abortionis aut amatorium dedit poculum illicitam peragit rem & licet mali exempli res est, non tamen ultimum supplicium dictandum, sed quia nec spem hominis impedire licet, humiliores in metallum, honestiores in insulam Civile nostrum jus jubet relegare: Et quid certe iniquius esset, ei pœnā homicidii dictare qui homicidium non comisit: Neq; enim foetus in ventre, hominis nuncupandus est nomine antequā embryo animatus fuit, quia antequam informatus est, anima rationали non potest dici homo, atque ita nec commissum homicidium, quod est peremptio corporis humani animati: quare propinans mulieri ne concipiatur, non potest dici teneri hoc crimine, quia licet peccet, impediendo conceptionem, & spem hominis, non potest tamen dici occidere, id quod needium est: quamvis nec hoc impunè ferre debeat.

Diss. Zœf. cemm. in ff. ad L. corn. de sic. n. 25. Menochi. de arb. jud. quest. l. 2. cent. 4. o. 324. n. 12. dil. n. 13.

l. 38. §. 5. ff. de pœn. Magnif. Dn. D. Ungeb. Ordin. ac. Decanus Me- canas. & hæfes venerand. in Exerc. Justin. 16. q. 12. can. Moyses XXXII. quest. 2. c. sicut. extr. b. t.

Navarrus in Manual. c. 27. v. 2.

XVII. Certior tamen pœnae speranda est mitigatione in his delictis quæ præter intentionem accidunt, licei rei non licet quis dederit operam. Exemplum est in infantis expositore. Parens, non occidendi animo, sed vel conciliandæ misericordiæ causa, ad effugiendum, forni-

fornicationis vituperium, infantem exposuit, quem serò nimis repertum consumxit aut inedia aut oppressit frigus. Sane iniquus eslet Judex qui Legis Corneliae de sicariis, iniquior, qui Legis Pompeiae de parricidiis capitalem dictaret poenam; Scilicet quia hic eventus non cito non immediate nec necessario secutus est, quare nec de omni causa teneri reum expeditum est, sicut ab omni reatu culpæ immunis quidem non est, utpote quamvis mortem infantis non intenderit, attamen quia vetitam legibus infantis expositionem non omisit, fustigatione plectendus.

XVIII. Tanto majorem ergo clementiam sibi persuadere potest, qui licitum peragit opus, quamvis ob non adhibitam diligentiam aberravit. Hinc non pertinet ad coercitionem saepius dictæ Legis Corneliae de sicariis, si quis alto se præcipitaverit, & super alium venerit, eumque occiderit, aut si putator, ex arbore cum ramum dejiceret, non proclamaverit & prætereuntem necaverit. Extra culpam enim ut talis non est, ita extra dolum tamen; unde culposum homicidum quod leviore advertendum suppicio. Prout ipsa Carolina crimina lis constitutio miseratione & hunc dignum judicat, qui convenienti minus loco permittam legibus rem peragens, peccat. Sic in defensione exemplum illustre est; Ratio siquidem doctis, necessitas barbaris & mos gentibus & feris ipsa natura præscripsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent à corpore, à capite, à vita propulsare studeant; at si ea fieri poterit minori cum lassione aggressoris, nam si sufficerit vulnerare aut mutilare, occisio erit immoderata propter gravem culpam in repulsione commissam. Hic meretur quidem poenam pro modo excessus eti mandam, non tamem ordinariam propter justam motionem, sed ignoscendum ei qui ulcisci voluit se provocatus.

XIX. Non miscebimus igitur cœlum cum terra, si ab omni poena liberum pronunciemus; qui neque

Ægid. Boss. de hom. n. 75.

Carpz. pr. crim. p. 1. quest. 10.
n. 14. inf.

l. 7 ff. ad L. Corn. de fœ.

Nobiliss. Dn. Præses patens magis quam Patron. contenus diss. de damnis th. 65. H. Zoësius adff. L. ad Corn. de fœ. n. 25.

Cicer. pro Milon.

Gudelin. de Jure Nov. I.
IV. cap. 1. p. 151.

Covarru ad tem. f. furiosus

p. 3. §. un. n. 3.

Binsfeld. ad cap. 1. quest. 5.
concl. II. extr. de in jur.

Berlich. p. 4. concl. XVIII.
n. 1.

l. qui cum major. 14. §. 6.

D. de bon. damnat.

Laudatus Nob. Praeses in culpa neque dolo, sed propter extrinsecum principium
diff. de damnis

I.I. §.12. ff. de vi & vi arm.

Weschnb. in w^o ff. ad tit. ne
quis. cum. n. i.

§. II. I. de O.Q.E.D.N.

Ovid. I. 12. Metam.

I.I. §.3. ff. de serv. corrupt.
Magn. Dn. Frantz. in erud.
comment. ad w^o t. mandat.
n. 57. & seqq.

§. II. I. de furt.

Treutler. vol. 2. disp. XXX.
th. 3. l. D.

Land R. l. 2. art. 13. Fuchs. I.
diff. 33.

contingens, h. e. ex casu fortuito, dedit damnum: Is etenim causa quidem physica, moralis tamen non est, unde quod obtigit damnum ad casum fortuitum est referendum.

XX. Porro licet nec quicquam referri sit visum, an sua an aliena quis aliquem dejiciat manu; cum & is dejecisse pariter videatur, qui mandavit vel jussit dejici; fecisseque non tantum dolo is, qui suis manibus vel per suos retinuit, sed qui alios queque rogavit aut consilium dedit, ut eum detinerent ne judicio quis se sisteret; Hinc actione furti & hi tenentur, quorum ope & consilio furtum factum est; veluti qui panno rubro armentum fugavit, ut alius boves abigeret.

Haud secus exarsit quam circo Taurus aperto
Cum sua terribili petit irritamina cornu.
Phœniceas vestes

Non tamen contra consultores extendenda poena semper venit ordinaria. Consiliorum enim alia nuda sunt, quæ suasionis hortationisque non excedunt limites, libero accipientis arbitrio sive omissione sive commissionem relinquunt, alia vero non-nuda sunt, quæ vim aliquam impulsivam vel persuasivam habent, quæ reluctantem ad aliquid faciendum inducunt. Prioris generis consiliis parem poenam ipsis fastis dictare pro candore esset crudele nimis. E. g. Si egestatem professo, potentiique pecuniam, jubeat quis furto aut scortationibus comparare, Gehe hin und stihl was, sane consultorem nec furti teneri, nec ob consilium secuto eventu puniendum esse, juris est indubitati; cum vel jocari potius, vel ab hac petitione liberari velle videatur, liberumque fuit explorare apud se, an tale consilium ipsi expediat. Quapropter nisi consilio opera adjunxerit talis, ac in ipso furandi actu adfuerit, non tenetur, quod unum in merito hodie probatur, Jure Saxonico in hoc conveniente.

XXI. Posterioris generis consilia, ut à notissimis consiliis

consilii terminis aberrant longius, magisque vel imperium aut mandatum redolent, ita non delinquenti, sed imperanti Domino vel patri damnum quod datum est, venit imputandum. Eis v. culpa nulla cui parere fuit necesse, nam ea necessitas obtemperandi facit cessare præstationem doli, & malam fidem; adeo ut consulens talis vere sit causa moralis influens in talem effectum, obtemperans v. venia sit dignus potius quam poena. Hinc filius familias qui in uxorem duxit eam quæ virum nondum eluxit, jussu patris legibus statutam infamiae notam aufugit. Neque hæc lenitas in minoribus tantum delictis habet locum, sed & in gravioribus pariter, qui jussu ac imperio peccavere non quidem in totum, in tantum tamen excusantur, ut ordinaria dictanda poena haud sit; prout ex multis autoribus adjecta præjudiciorum serie, dedit Dn. Carpozovius. quam hic transcribere propositi mei non patitur ratio.

XXII. Ejusdem generis consultrix malique instigatrix haud raro est, *necessitas*; quæ nec honestatis curat limites, sed aut peccatum aut mortem imperat, atque insita mortalibus vivendi cupidine ad audendum negatum facinus impellit.

Dura quidem mors est miseris mortalibus omnis. At periisse fame res una miserrima longe est. Quare nec hic decernenda statim horrenda furi supplicia, qui necessitatibus parere habuit necesse, sed providendum potius, ut aliquis esset proventus vitae, nec sit cuiquam tam dira furandi primum, de hinc pereundi misere necessitas; Quærendusque est sententiæ locus, per quam nec huic delictum sit impune, nec judicem severitatis aut clementiæ pœnitentia. Nam qui ad jus summum exigit omnia insultus quodammodo, nec tam studere communi bono, quam suo unius obsequi animo, fruiq; pœnis existimatur: Quare nec hic summo semper utatur Jure, sed laxet habenas, & vel dissimulet, vel ignoscat, non ut aduletur mori-

c. quod quis mandato

de R. l. in 8to

l. qui cum major. §. 51. pates

ff. de bon. lib.

l. liberorum §. 4. de his qui

not. inf. l. qui jussu 12. eod.

eam.

bus malis foveatque vitia sed ut rationem necessitatis
habeat, propositque publice, cuius amarissimæ leges audi-
tu gravia perpeti nos cogunt, nec ab ipsis Diis su-
perantur.

Valer. Max. l. VII. c. 6

Henn. Arn. de Jur. Maj. l.
ll. c. 1. n. 12.

Vid. tb. VIII.

a. ratihabitionem extr. de.
R. I. in 6to.

l. 12. §. 1. ff. Ratam rem
haberi

XXIII. Non absimilis mandato *consensus* est; qui si in ipso actu qui fit ejus nomine & occasione intercedit reatu delicti vacare non videtur, cum hic non tam consensus quam moralis quedam cooperatio sit dicenda: non prohibendo aut impediendo, sed tacite mandando. Unde si contradicendo, ostenderit actum talem sibi displicere, immunis erit à fori exterioris poena omnino: Is v. consensus in delictum non commissum, nomine consentientis, si citra omnem co-operationem existat, extra omnem quoque peccatum externam sit, necesse est. Talis etenim dum prætermentale peccatum nec quicquam ponit, foro exteriori subesse nequaquam potest, etiamsi idem vel expressus sit verbis vel declaratus exterius, modo non concurrat, quia exteriores actus non influentes in facinus non possunt esse obnoxii poenæ, ad quam requiritur cursus.

XXIV. Eadem de causa nec *ratihabito* facinoris commissi paritatem poenæ causabit; quanquam ratum habens à mandante non parum distet, ac æquipari soleant ad invicem: quia concurrere debuit consensus, non subsequi. Ea autem est ratihabitionis propria ac perpetua natura, ut factum nunquam præcedat, sed semper subsequatur, tunc enim rem haberi ratam quis dicitur, cum comprobat agnoscitque quod actum est; quare cum non augeat nec animum, nec actum exteriorem à voluntate procedentem delinquentis, qui jam adeo perfectus erat, ut ei nec quicquam superaddi possit, immunis à poena erit.

XV. Pariter rigorosum nimis esset, eos suspensiio subjugare qui *furem recipiunt*, atque de furto sublatis rebus tantum *participant*, easque consumunt, etsi enim hos furti crimen approbare atq; ratificare nemo

cat



eat inficias, attamen cum auxilium prorsus nullum
præstiterint; ne scilicet æqualis sit poena delictum
adjuvantium & cooperantium, cum hi non tam gra-
viter peccent atque illi qui opem & auxilium præbent,
ut levius coercentur summa suadet æquitas

Hippol. de Mars. in l. 1. c.
de rapt. virg. n. 256.

XXVI. Ad DELINQUENTEM faciendus est
nunc aditus, in quo tanto pauciores mitigationis poe-
næ observabimus causas, quanto plures ratione inten-
tionis, proditoris ac conatus tum preparatorii tum in-
actum deducti delineavimus in præcedentibus. Et sane
ut multitudo seu pluralitas errantium ipsis quidem er-
roribus non parit veniam. Nam si de dolo appareat
arguaturque propositum, et si unum tantum vulnus sit Covarruv. ad d. Clem. §
proditum, omnes de homicidio tenentur; quia omnes furios. p. 2. §. 2. n. 3.
concurserunt; attamen ubi delicta sunt talia, ut morte
digna videri possint, misericordiae erit ob multitudi-
neum decidere de summo jure, præ primis cum non
sit possibile ut omnes in genere & singuli in specie Const. Elect. p. 4. c. 7.
aliquem occiderint, unde damnaire omnes esset ini-
quissimum.

Tot simul infesto, juvenes occumbere letho
Sæpe famæ, pelagique furor, subitæque ruinæ,
Aut cœli terræque lues, aut bellica clades
Nunquam poena fuit.

M. Ann. Lucan.

In singulos Imperatoris severitas distinguitur ac Sen. l. 17. de Ira
necessaria est venia, ubi totus deseruit exercitus.

XXVII. Non minus igitur prudenter quam
clementissime majores nostri statuerunt, ut si à multis
flagitium rei militaris admissum sit sortitione animadver-
teretur, in quosdam. Sic qui reliquerant ordines, cen-
turiiores Duplicariosque virginis cæsos, Cæteram mul-
titudinem, sorte decimum quemque legit Appius
Clandinus: Quam sortitionis lenitatem nec nostris aboli-
tam temporibus, sed superiori bello Germanico ob-
servatam esse, memoria suggerit. Sic ante duodecen-
nium fere cum ad Lati-campium tres Cæsareanæ legio-
nes deseruissent aciem, Prægæ Duces capite multari
milites.

Liv. Dec. 1. l. 2.

millites verò decumari Invictissimus Imperator Ferdinandus III. jussit, ut videlicet metus ad omnes, pœna ad paucos perveniret; nec delictum sit impune, licet & strenui sortiantur. Habet enim aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.

XXVIII. Cæterum nec cum *unius delinquentis* persona ita comparatum semper est, ut æqualis omnibus infligenda sit pœnæ atrocitas; sed ejus qui deliquerit notandæ sunt *qualitates, quæ ex dignitate proveniunt.* Quanquam enim nobilitas benefactaque majorum in Rempubl. non prodeste debeat excusationes, prout Romæ Athenarumque non desunt exempla, quibus *avita parentumque gloria, justo potius suppicio quam pœnæ levamento fuit.* Non secus enim ac in purissimo Thomas Wendwordt subtilissimoque linteo ac Syndone citius conspicuntur Comes de Straffort in macula, que in villoso iori obteguntur panno. vel etiam orat. valed. vid. memor. atque in pretiosissimo adamante labecula aliqua depre Angl. Anno 1649. edit. hæditur facilis, illiusque dignitatem magis imminuit, quam si in abjecto aliquo inveniretur lapide, hændaliter & in candidissimis pectoribus, & quos supra communem sortem evexit nobilitas, exigua etiam peccatula atq. errores longè cernuntur facilis, taxantur gravissime. Sæpius tamē ignoscendi ratio petitur ex his locis, si plura officia quam maleficia videbuntur constare, aut si qua Virtus in eo est, qui supplicat; Sic Æmilio Scauro cuius salus obruebatur criminibus, vetustissima nobilitas & recens patrum memoria absolutionem perperit. Tiberius Cæsar Pisonem, simul nobilitatem domus ipsius quoque meriti allegans, crimine civilis belli purgavit, ita multishonoratissimæ imagines priscis temporibus peperere veniam.

XXIX. Nondum secessum fecere ab hac lenitate Civilia nostra Jura, ut nec ipsa consuetudo hodierna. Sed quoties delicti qualitas ex nobilitate & dignitate incrementa sumit, pœnæ temperamentum suadent, ut aliter in iisdem facinoribus servi, aliter liberi, aliter nobilis, aliter ignobiles puniantur. Sic severam non modo

inda-

Tac. XIV. Ann. c.

Thomas Wendwordt subtilissimoque linteo ac Syndone citius conspicuntur Comes de Straffort in macula, que in villoso iori obteguntur panno. vel etiam orat. valed. vid. memor. atque in pretiosissimo adamante labecula aliqua depre Angl. Anno 1649. edit. hæditur facilis, illiusque dignitatem magis imminuit, quam si in abjecto aliquo inveniretur lapide, hændaliter & in candidissimis pectoribus, & quos supra communem sortem evexit nobilitas, exigua etiam peccatula atq. errores longè cernuntur facilis, taxantur gravissime. Sæpius tamē ignoscendi ratio petitur ex his locis, si plura officia quam maleficia videbuntur constare, aut si qua Virtus in eo est, qui supplicat; Sic Æmilio Scauro cuius salus obruebatur criminibus, vetustissima nobilitas & recens patrum memoria absolutionem perperit. Tiberius Cæsar Pisonem, simul nobilitatem domus ipsius quoque meriti allegans, crimine civilis belli purgavit, ita multishonoratissimæ imagines priscis temporibus peperere veniam.

Valer. Max. I. 8. c. 1.

Tacitus III. Ann. c. XVIII.

I. 2. C. ut nemo privatus
I. Pedius 4. §. 1. ff. de incond.
ruin.
I. 10. I. 28. ff. de pœn. §. 5.
I. 19. C. de dign.
I. 1. corn. de sic. §. 7. I. de
publ. jud.

indagationem quærendi per tormenta summoventur, sed nulli vel militiæ aut dignitatis aut generis defensione uso, inconsulto aut nescio principe fidicularum in clementia inferri patiuntur; Sic servile supplicii genus furcam nobili aut decurioni non indicunt, sed discrimina pœnaturum statuunt; adeo ut nec in squalidissimis vinculis ac carcere propter delicta sed in palatio aut civitate detineantur. Tantus siquidem honor tantaq; in pœnis nobili datur prærogativa ut jamdudum & in Gallia ne jura de non torquendis nobilibus imposturum Advocati allegarent, editio sit vetitum,

XXX. Nequetamen hoc privilegium tantum iis est datum, quos generis splendor avitaque gloria (quam non nisi in gente unica Ottomannica observant) Turcæ dedit claritatem, sed iis quoque quos tamtagata quam sagata militia effecit clarissimos. Nam & hi nobilibus per omnia æquiparantur appellantur nobilissimi, æquinque ut & his qui consiliis & laboribus pro toto terrarum orbe die ac nocte labrare, ut dignam & in pœnis sua prærogativa habeant fortunam, habeatque hoc triste privilegium mortalitas ut liceat aliquando peccare.

XXXI. Quod cum proprium sit quasi perpetuumque generosæ animæ ut stet in præcipiti ruatque ad malum sapientiæ, nec connivendum malitiæ ac libidini nobilium, qui disciplina ac imperio, continendi; nec & seculi moribus deneganda omnia sunt, unde pœnae magnitudo non tantum nude in se spectanda sed cum respectu ad patientem. Nam multa cadem pauperem onerabit graviter, quæ tamen diviti non oneri sed levissima erit, & vili, ignominia leve erit malum, quod honorato grave ac vel ipsa morte gravius. quo genere diversitatis saxe utitur Lex Romana, solo personarum & qualitatum ad factum non pertinentium habito respectu.

XXXII. Sic qui armis sanguine suo rutilantibus

C

Rempubl.

l. 9. §. ista pœna n. ff.
de pœn.
arg. l. 1. de carc. reor.
Bon. de Curt. tr. nob.
p. 5. n. 12.

Rebuff. in Auth. C. ne
fil. propatre.

Busbequius epist. leg.
Turc. l. p. 25.
c. 28. in f. de præbend.

1. 4. C. de prescript.
Euphorm. p. 9.

H. Grot. de l. B. & Pl. 2
c. 20. n. 33.

l. 7. C. de mal. & mathem.
b. 3. §. 10. de re mil.

c. indignantur. 32. quest. 6.

Damhouder l. 3. pr. crim.
c. 89. n. 111.
l. adulterium §. stuprum §.
fratres ad L. Jul. de adult.

l. 5. C. ad L. Jul. Maj.

l. 101. de V. S.
l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de
adult.

Rempubl. defendunt, milites antequam adversus eos in stituitur tortura, ut degradentur & exuatur eis dignitas necesse est, iis nec laqueus dictandus, si honestiores sunt. Quin & optima rerum magistra Experientia nos docuit hactenus istis honestius mortis genus infligi solere, ut palo cuidam affixi ob enormia etiam delicta, duabus vel tribus ex numero comilitum electis, scorpionum ictu extinguantur atque ab infami isto suppicio liberentur, quod sane apud alios delinquentes haut observari nemo non videret.

XXXIII. Non minor ex imbecillitate capienda est moderatio. Ea, siquidem aut natura, aut ex superveniente ac accidente malo, contingit. Quarum prior in fæminis spectanda vel maximè est; Non enim eundem animi vigorem utriusque sexui Diva parens natura dedit, sed majorem viris indidit, quos virtute vincere ac exemplo regere fœminas, convenit; Illas econtra infirmas pariter ac præcipites fecit, ut adversus propria commoda laboret harum consilium, superenturque citius quam viri, nec ob fragilitatem resistere possint naturæ flaminis.

XXXIV. Hac mente Imperatores in gravissimo Majestatis crimen, lenitatem amplexi, & ad filias Falciadim seu legitimam ex bonis maternis sive testatae sive intestata ea decesserit, pervenire voluerunt, ut habeant mediocrem potius alimoniam, quam integrum emolumendum cum ob debilitatem sexus; eas minus ausaras confidant. Sic adulterare dicitur. Vir solitus, cum alterius uxore concubens, nequaquam vero fœmina soluta, aut Virgo, ut maxime virorum uxororum amore & desiderio capta, sufficerit copiam, satque maculæ, tum famæ, tum conscientiæ suæ, ex stupro attraxerit; Unde & in foro communi, maritus ad solutam prolapsus fustigatione, & relegatione perpetua, hodie coërectur, obreatum adul-

adulterii, in quem à parte mariti concubitus hic incidit; Afflictivam verò corporis pœnam, mulieri in hoc congressu, tantum stuprum vel fornicationem passæ, dictare juris non permittit ratio, sed vel arbitraria carceris vel temporalis relegationis pœna est coercenda. *P. Heig. p. 2. quest. 29. n. 5.* *Landrecht l. 3. art. 46.*

XXXV. Eadem justa proportionis ratio Saxoniæ Electorem movit, cum, crescente indies hoc malo, in persona mariti agentis, pœnam adulterij multum axasperaret, ac loco pœnæ à Jure Civili definitæ, mortis supplicium statueret, ut fœminæ patientis aggravaret quoque arbitrariam, ac fustigationem cum refectione perpetua definiret. *Const. Elect. 19. p. 4.*

XXXVI. Nec hæc ad solutas tantum sed etiā ad nuptas producenda est clementia. Nimirum licet & hæc, conjugalem maritis datā fidē frangant, ac vere adulteriū cōmitant, ad mortis tamen supplicium non properandum statim, sed, notabili temperatura convictas virgis cæsus, tonsasque in monasterium detrudi, aut ubi in terris reformatarum Ecclesiarum Monasteriorum evanuit usus, fustigatione facta in perpetuum relegari, fas est; non alia de causa quam propter sexus fœminei imbecillitatem & fragilitatem, ex quā mulieres facilius quam viri libidine vincuntur, & in adulterium se præcipitant.

XXXVII. Est tamen tanti mihi, non indulgere fœmineæ nequitiae, communī mortalitatis malo, quæ & audendum omnia, virile robur sumit, & si licentia adsit, sœva, ambitiosa, potestatisque avida furit.

Adeo ut severitatem potius utile legum munimentum commendem judici, quo & viventibus utilis incutiatur metus, & illis quæ morte puniuntur, non ipsa mors noceat, sed peccatum quod augeri posset, diminuatur, ut in pœnis tantum definiendis vel quando

Tac. III. Ann. c. XXXIII.

Sen. in Hippol. 105.

Val Max. l. 6. c. III.

c. ea vindicta 23. quest. 4.

Carpz. de Jur. Fœm. sing. dis. 10. th. 1. n. 25 e & seq.

ejus arbitrio supplicii determinatio est commissa,
lenitatem; in iis verò quæ expresse à lege definita sunt,
severitatem observare suadeam.

art. 159.

Schneidewin ad §. ult. 7.
de O. Q. E. D. N.

Senec. de ira c. 11.

l. 1 defals. men.
l. more & ff. de A. vel O. H.

Brake de aut. priv. c. 17.
p. 57.

§. 9. 7. de inutil. stip.

Clar. pr. crim. § fin. quest
60. n. 3.

Gloss. in § pupillus de
inutil. stip.

XXXVII. Non min⁹ juste itaq; ante trienniū, & quod
excurrit, reiterati furti reæ fœminæ impudentissimæ
laquei dictata est poena in patria mea. Nam quanquam
dicta sæpius *criminalis constitutio Carolina* suffocationem
fœminis, viris tantum laqueum indicat, pensitan-
dum tamen, non quid olim scriptum, sed quid hodie
observatum. Quocunque enim locorum nos vertamus
parili supplicio, tam fœminas quam mares, obfurtum
perpetratum puniri ac suspendi videmus.

XXXIX. Facile hinc adducor, ut credā temporariæ
imbecillitatis quæ ex atate provenit majorē habendā ra-
tionem. Num quis irascitur pueris, quorum ætas non
dum norit discrimina? à qua & irati hostes abstinent. Talis scilicet ætas quicquid videt ignorat, neque doli,
neque consilii capax est; ac ob id multum in pueris re-
linqui solet, quod in aliis provectionis ætatis severius
animadvertisendum, cum hi casu potius delinquere vide-
antur! Sunt autem ii non unius generis, alii namque in-
fantes adhuc sunt, alij aut infantia proximi, aut pubertati.
De infantibus infantiaque proximis cum horum ætas
diminuat sensum ita & culpam & poenam communiter.
Sic pubertate proximis, licet doli capaces sunt, & ex de-
lictis obligantur conveniriique possunt, ac fictione qua-
dam juris pro puberibus habentur, parcendum tamen
in quibus adhuc spei melioris reperiuntur minæ.
Adeo ut hæc theorica infigenda judici sit, impuberes
capitali supplicio non esse afficiendos.

XXXIX. Impubertatē vero illā non ex annorū me-
tiar numero, ut masculos, secundum communem Do-
ctorum opinionem à decimo anno cum dimidio ad de-
cimum quartum usque, fœminas à nono cum dimidio
usque

usque ad 12. annum pubescere statuam, neque cum Ræ-
vardo quoque aut Fabro, pubertate proximos dicam
masculos, qui decimum tertium ingressi, aut quæ un-
decimum complevit foemina annos, quin potius dif-
ferentiam istam annorum quoad pubertatem inter u-
trumque sexum per Nemesin Carolinam sublatam esse
in pœnaliib⁹ certo certi⁹ affirmans, ita ut nec pueræ ante
decimum quartum annum ceu pubertati masculorum
à jure communi definitum tempus, impubertatis prí-
legium amittant, judicis arbitrio, cum contingat alios
aliis maturius judicio pollere, & dolii capaces esse, ut
res ista non una regula sit determinanda, pubertatem
definiendam relinquimus.

XL. Ea igitur absentia dolii accessatio, tantum efficit
ut nec post pubertatem debeat sequi pœna, quia hæc su-
perveniens non potest sola dolium ponere & ex non de-
lictio, delictum facere. Quo facit quod in delictis in-
spiciendum sit tempus delicti, nō etiā punitionis, ut quod
ipso tempore tale non fuit, postea fieri nequeat, quia
eius causa deesse videtur.

XLI. Eadem & ætatis miseratio ad mediocrem
pœnam producit judicem in minoribus delictum,
committentibus. Vicina siquidem lapsibus semper ado-
lescentia quia variarum æstus cupiditatum fervore ca-
lentis inflammatur ætatis

Juvenilis calor impetu primum furit
Languescit idem facile, nec durat diu,
In venere turpi, ceu levis flamma vapor.

Et in his sane nihil magis ad emendationem faciet
quam pœnitendi dare spatiū, quod in Trajano Plinius
in Agricola Tacitus annotavere, Nam velut Medici
quoque sæpe proficiunt magis quam leniter tractant
morbos, & indulgent ægrotis nonnulla, velutque
connivent, quam cum cauteriis agunt rem, aut alia.

Rævard. ad l. III. de R.
Petr. Fab. ad l. in negotiis
5. de eod.

Ordin. crimi. art. 164.

Glos. in l. sciant. C. de
leg. her.
Zæsius tit. de pœn. n. 26.

l. 37. auxilium ff. de min.

c. 45. & 46.
Tac. in Agricol.

adhibent officiisæ crudelitatis. Multi etenim sunt
quorum adolescentiæ cupiditates ut effervescerent
eximiæ virtutes, firmatajam ætate extiterunt prout de
Cajo Valerio Flacco constat, qui prius luxuriæ fuit exem-
plum, postea eo modestiæ ac sanctitatis progressus, ut
ipsius frugalitatis nominaretur specimen.

XLIII. Non vero in delictis levioribus tantum,
hæc ætatis permansit miseratio, sed & in gravioribus
obtinuit, Sic de nobili adolescentे octodecim annos
qui veneno parentem obtruncaverat, L. Pompeiæ
de parricidiis in gladii pœnam non dissimili ra-
tione fuisse conversam ex Vincent. de Franchis refert
Dn. Carpzovius. Sic saepius reo ob minorenitatem
pœnam mortis in fustigationem fuisse converlam com-
pertum est, Nam si quælibet etiam injusta ac bestialis
causa non tantum excusat à dolo, sed etiam à pœna
doli; quanto magis eum venia dignum judicamus
quem simplicitas & innocentia consilii non injuste
excusare possumus.

XLIV. Eadem nec ipsis senibus invidenda est pœna
temperatura, qui ad pueritiam revolvi, atque ad prima
initiamenta simplicitatis redire solent, quos repue-
rascere ac quasi bis pueros fieri contingit. Sic de
Bulgario glossatore illo antiquo ad pulverem lusisse cum
pueris, postquam decrepitæ esset senectutis; testatur *Go-
mesius* In his certe & mentis inopia.

— — — fraudataque sensibns ætas
Præbebunt veniam.

Itanimirum saepissime accidit, ut & hæsitante ore tre-
mulaq; manu & judicium trepidet simul nostro præ-
fertim tempore; Paucos enim Corvos reperias opta-
bilis & civis & patrisfamilias exempla, quæ post cente-
simum quoq; annum & integris viribus Recip. specio-
sissimis ministeriis & agrorum suorum culturæ suffici-
ant;

Carpzov. pr. crim.

L. 12. §. 3. & lib. causa

Sophocles in Peleo.

Claud. in Stil.

ant; Quare cani illi capilli præsumptionem dolii rejiciunt omnem, atque dum mortis infligenda pœna est moderationem ob animi imbecillitatem inapetrabunt. Similimodo nec fustigatio nec membra abscissio aut tortura, aut longinqua relegatio dictanda ætate invalido seni, ne aut vita pariter cum abscissione membra cadat, aut ea quæ temporalis debebat esse pœna in æternam committetur: Multam vero indicere indistincte cum periculum mortis non subsit, facile concedimus.

Quæ ex accidente obtinet imbecillitas, furor nominatur. Is cum fati accidat potissimum, atque cuivis obtinere potest, tanto citiorem lenitatem impetrabit ne afflito addatur afflictio: Dicuntur vero furiosi qui rabie quadam animi aguntur, teste Alciatus, vel qui per vi-
ces more insaniorum loquuntur vel ridendo vadunt,
& qui projiciunt lapides, aut aliquid aliud mali faciunt hominibus assistentibus. Suntque duplices, alii qui per-
petuo furore laborant, alii qui per intervalla dilucida cū
furore habet inducias Prioris generis furiosos fati infeli-
citas sola excusabit, cū non tam facere, quam pati injuriā
videantur, crimenque ob hoc, licet sit gravissimum, pro
crimine tamen non imputandum furioso, sed casui, quia
absentis loco habetur, qui nec damnari nec puniri
potest: quod in tantum quoque extēndendum ut nec
redeunte in gratiam valetudine sit plectendus, cum
tempore commissionis, delictum non erat punibile.

XLVI. Addendum tamen & hic est, non cui libet
furorem alleganti statim credendum esse, sed ut in
continua ista mentis alienatione quis plane intellectu
careat, probandum erit. Nam si continuo furore
non laboret delinquens, sed quasi in consilio furoris
& sanitatis & in conspectu intumbratæ quietis consti-
tutus, dilucida intervalla habeat, propter delictum
commisum omnino puniendus.

XLVII. Non proprius à furioso abest immodice *l. diuīs Marc. 14. de off.*
ebrius *præst.*

Petr. Wesenb. adl. fere.

108 de R. l.

l. 3. §. ignosc. ad SCium
Syllam

Carer pr. crim. n. 36.
p. no. 86.

Alciat. l. 2. par. c. 6.

Gloss. in l. si cum dotem

§. si maritus ff. sol. matr.

§. præterea & ibi Dd. 7.

quibusnam est perm.

fac. test.

l. 3. §. 1. D. d. injur.

l. fin. inf. D. de adm. tut.

l. 2. C. leſt. fac. punt. vel non



c. a. crapula X. de Vit. &
hon. Cler.
l. 6. §. 7. ff. de R. M.

c. 9. causa 25. quæst. 1.

Plut. p. 353.
Sen. l. 1. de ira.

Sen. in Medea act. 2. v. 155.
Cic. pro Muræna
Traq. de pœn. leg.
temp. c. I. n. 22.

dodecadeli. in prol. c. 6.
p. 13.
Gell. l. 10. Noct. Att. c. 23.
in fin.
Alfons. Tostat. in Dent.

ebrius, ut qui ob mentis alienationem nec velle nec consentire dicitur, quare per vinum aut lasciviam lapsus capitalis remittenda est pœnâ omni tamen penitus culpa non caret, quia rei illicitæ operam dedit, non evitando, ut oportuit nimiam illam ebrietatem, cum ignorare non deberet, aliquid mali per ebrietatem à se admissum iri, ut vel hinc ob hanc ipsam culpam saltem extraordinariè arbitrio judicis pro ratione sc. culpæ puniri debeat, & ita non tam delictum quam ipsa coercetur ebrietas.

XLVIII. Porro ut pœnæ non nisi meritæ, nec culpa majores irrogentur, affectuum quibus corrupti deliquerunt notanda natura erit; Quidam enim affectus quos minus voluntarios appellamus, extrinsecus ad nos quasi impetum faciunt, nosque pulsant ac vindentur nobis velut invitatis accidere, quibus induluisse aliquando fraudi non erit, fragilitatis humanæ naturæ habita ratione: quotusquisque enim est qui presentem iram aut dolorem vel dissimulare vel comprehendere potest, quin ad usque factum dictumve improbum detegat?

Levis est dolor qui frenos capere potest
Et clepere sese magna non latitant mala.
Dolori & iræ omnes ferme cedimus, paremus succumbimus, nihilque difficilius quam retinere in dolore modum: Hinc adulterum in actu comprehensum s. ex rumore vulgi sive alio modo 12. tabb. leges necare concedunt impune marito. veluti M. Portii Catonis antiqui si LL. XII. Tab. interpret. ut eum vocat Rittershus. testatur oratio In adulterio uxorem tuam si deprehendisses fine iudicio eam necares. atque ob solam doloris magnitudinem id homicidium tanquam excusabile leges tolerant. Nam quæso quid gravius? marito hac thori contaminatione, quatuor generi præter multa alia incommoda sempiternum dedecus ac infamia infertur.

XLIX. Plura



XLIX. Plura dari hanc in rem possent exempla,
dicique præterea, Utrum leges humanae, qua interfe-
ctionem quorundam hominum permittunt interfectori-
bus, tam verum jus prætent apud Deum quam inter
homines impunitatem? sed contrahere vela placet in
undoso hoc mari, ne si ingredi altius sedeat animo,
in scyllam aut charybdim prolapsi, imperitiae nostræ
meritas demus poenas: Littus itaque legimus, &
velut in suspensa tabula commendamus iudici quod
Marcianus in l. 11. ff. de pœn. ait. Perspiciendum l. 11. ff. de pœn.
judicanti, ne quid durius aut remissius, quam causa de-
posit, statuatur: nec enim severitatis aut clementiae
gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quæq;
res postulat statuendum est. *Planè in levioribus cau-
sis proniores ad lenitatem judices esse debent: in gravio-
ribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamen-
to benignitatis subsequi.*

Tantum.
SOLI DEO GLORIA.

FRIEDERICUS CAHLENUS

Quatuorlibet Hymnorum.

D

Clarissimo Viro
Dn. FRIDERICO, FRIDERICI
fil. KÜHNIO, J. U. Doctorando

Magdeb. Advoc. Ordin. dignissimo,

Amico meo sincere estimando
fortunatos comprecatur honores in jurispru-
dentiâ summos.

hoc

SCHEDIASMATE.

Sic fortis fortuna juvat! Sic itur ad astra!
Sic vivax patrum nomen in orbe manet!
Cum stimulat pectus Magni Patris amula virtus

Gnati quo studio gaudeat ipse pars.

Egregium juvenem, cuius virtutis honori

Applaudit virtus omnis & omnis honor.

Dum Tibi Sarrano frontem Themis illigat ostro

Atque labore tuo digna brabea refert:

Patria, Parthenope & tanto complaudit honor.

Ausibus & faustis hac superaddit ovans:

Ito bonis avibus, nostris decus addito terris,

Dotibus ac summis mox cumulate redi

Alitibus surgens praeedit fama secundis,

Excite que patria votaque spemque fovez.

Ipse ego, quo virtus & docta peritia juris

Et qua Sisyphio parta labore Tibi;

Summus honor, Tiriaque caput sublime tiara,

Ut bene succedant singula, mente precor.

FRIDERICUS CAHLENUS

Gymnasiarcha Hallensis.

SCAZONTES

Quibus

PEREXIMIO, CLARISSIMO, DOCTISSIMO QUE

DOMINO

FRIDERICO Rühs

Advoc. Ordin. Magdeburg.

cum

DE

LENITATE JUDICI IN POE-
NIS IRROGANDIS OBSER-
VANDA.

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honore ac privile-
gia Doctoralia rite capessendi maximo

cum honore

pubicè

disputaret,

Applaudunt

CONVICTORES.



E S C A L I T E R

Cum prima seclis aureum sui cultum
Monstrarerat etas, cuncta simplici recto,
Nudāq, tellus veritate splendebat.
Edicta nullus horridi tribunalis,
Nullus timebat Judicis sui vultum;
Catastanusquam, luridiq, tortores,
Nec tristis ensis terruit peremptorem,
Nec parricida culeum tremiscebat,
Crucemq, servus, compedesq, predator.
Tunc nulla imago criminum nefandorum
Fœdabat orbem. Sed (dolor!) ferus postquam
Furor regendi pectus egit humanum,
Cœpitq, certis serra dividi signis.
Postquam verendis sylva montibus cæsa
Incessit æquor, dissitum legens littus,
Et ventricosis navibus reportatæ
Movere merces improbi famem lucri.
Nefanda, fanda, sacra juraruperunt,
Evertit æquum vis tremenda GRADIVI,
Fugata terras dereliquit ASTRAEA.
Scelerum cohortes undiquaque laxatæ.

Atrox


*Atrox Orestes duxit agmen horrendum,
Hinc crimen Atréi, hinc adulter Ægyptius,
Hinc fur Prometheus. Ditis inferi limen
Spiravit omne barbarum, execrandumq;*

*Humana tandem, sed modestior cura,
Bonæq; mentes diffluentibus seclis
Exempla magnæ augustiora Virtutis
Narrando primum fabulis obumbrabant,
Vulgo ut severis adlubesceret flecti
Æqui lupatis; inde durius frenum,
Magistra vitæ lex, nocentium terror,
Pœnas furoris vindices ministravit.
Primus recenset jura Moyses Ægypto,
Eo regna dicit ad boninormam
Sacrum Magorum, lexq; Bactrianorum
Stat Zoroaster; porticus Athenarum
Docent Solonis sanguinariæ leges,
Spartam Lycurgi, vertices Palatinos
Ægeria Numæ. dumq; crescit insanæ
Mentis libido, & ordo criminum major
Exsurgit, una conferunt gradus pœnae,
Crescuntq; leges Æquitatis & Recti.
Jam grande corpus, cernit Imperatoris*

Astrea


Astræa Virgo, tot clientium portum,
Justi profundum, & repagulum solum,
Virtutis arcem, culmen eruditorum,
Cernit juventam fervidam dies noctes
Ad alta nitimentis impetu magno;
Quos inter unus cultor acer Astrææ,
Præclare Kühni, mens decoris antiqui,
Fax Gratiarum, & elegantiæ lumen,
Custos rigoris, Æquitatis Assessor,
Unus perenni laureâ coronandus
Themidi videris, & choro Camœnarum.
Fallor? venustas en tibi comas cingit
Verendus Ordo, pileoq; libertas.
Hoc macte dono! sic perennis, & quondam
Cineri superstes dura fata transcendes.

F I N I S.





W.D.



Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

B.I.G.



S. S.
NAUGURALIS
E JUDICI
RROGAN-
VANDA.
DEO
m Ordinis in in-
c decreto prævio
imine
I
simi ac Excellentissimi
AMI STRUVII
nsiliarii Saxonici, P. P.
Dicasterii ibidem Assessoris &c.
i optumi Maximi
ENTIA
honores ac privilegia
peffendi.
amini submittit
ühn Hallis-Saxo
Magdeburg.
Ctorum.
August.
Loc LIV.
meridianis
ANÆ LITERÆ.

